

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2545

Auteur(s) : Gérard II, Sées (évêque)

Bénéficiaire(s) : Garnier, Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbé)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1145

Lieu d'émission : Saint-Cyr

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Gérard, évêque de Sées, portant concession à perpétuité de l'église de N.-D. du Vieux-Chateau de Bellême en faveur de Garnier, abbé de Marmoutier.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 29bis, p. 46-47.

Texte établi d'après a

Girardus Dei gratia Sagiensis ecclesie humilis minister, Garnerio eadem gratia Beati Martini Majoris monasterii, Abbatii totique capitulo ejus, salutem in Domino.

In nomine sancte atque individue Trinitatis ego Girardus Sagiensis ecclesie quamvis indignus episcopus, monachis Sancti Martini Majoris Monasterii, et tibi frater Garneri, abbas, omnibusque successoribus tuis canonice substituendis ecclesiam Sancte Marie de Veteri Castello apud Belismum in perpetuum concessi. Facta autem est hec concessio, anno ab Incarnatione Domini M C XLV, residente piissimo P.p. Eugenio, Hugone Rotomagensi archiepiscopo, Francorum rege Ludovico, fratre ejus Roberto Belismensi domino. Si quis vero hanc donationem nostram temerario ausu irritare aut attenuare presumpserit perpetuo anatemate feriatur. Super hoc vero testes sunti : Heinricus archidiaconus, Rogerus archidiaconus, Heimericus archidiaconus, Wilelmus archidiaconus, Hugo canonicus, et Albericus Decanus, et Gaufridus presbiter. Ego Girardus sancte Sagiensis Ecclesie episcopus signum hoc feci.

Anatemate feriatur : tenentibus vero et fideliter conservantibus, necnon et in perpetuum digna retributio concedatur. Porro ut hec donatio sive concessio intemeratam possit habere firmatatem, nostra manu nostrique sigilli munimento firmata est et testibus idoneis roborata, quorum nomina hec sunt : Haimericus archidiaconus, Rogerius archidiaconus, Henricus archidiaconus, Wilelmus archidiaconus, Albericus decanus et Hugo canonicus, Gaufridus presbiter Sancti Petri, Robertus capellanus Sancti Cirici, Wilelmus presbiter capellanus de capellania de Capella, Simon diaconus et clericus archidiaconi. De laïcis : Hamelinus de Biharnis, Guerin miles Sancti Cirici, Gaufredus de Avescio, Mainarius de Aveseio, Hilgodus de Ferreria. Factum est hoc apud Sanctum Cicum, Roberto tenente Belismensis obedientie prioratum. S. ep[iscop]i † S. Hamrici Archidiaconi † S. Wilemi archidiaconi †